

INTEGRORVM.

estur vltima, quæ primam sedem ad sinistram occupat. vt hic. 4352. prima figura est 2. & vltima 4. Si tamen singulæ figuræ singulos numeros repræsentent, hoc modo. 4. 3. 5. 2. prima figura erit 4. vltima vero 2. Cur autem ordo locorum, figurarumve in quolibet numero progrediatur à dextrâ versus sinistram, causa hæc est: quoniam à Phœnicibus inuenta esse dicitur Arithmetica, qui scribere solent à dextra sinistram versus, more Hebræorum, Arabum, & Chaldæorum.

Ordo locorū in quouis numero cur à dextra sinistram versus procedat.

Quælibet figura in primo loco posita seipsam simpliciter repræsentat, in secundo decies seipsam significat, in tertio centies, in quarto millies, in quinto decies millies, in sexto centies millies, in septimo millies millies, atque hoc pacto in infinitum: ita vt loca ordine sese superent in decupla proportione, vt secundus primum, tertius secundum, quartus tertium, &c. vt hic. 34567. prima figura 7. significat tantum septem vnitates: secunda 6. significat sexaginta, nempe decies 6. tertia 5. quingentas, id est, centies 5. quarta 4. quatuor millia vnitatum, hoc est, millies 4. quinta 3. triginta millia vnitatum, siue decies millies 3. Itaque totus ille numerus ita proferendus erit. Triginta quatuor millia, quingenta, & sexaginta septem. Eodemq; modo quicunq; alius numerus exprimi poterit, si diligenter notetur, quoties quælibet figura seipsam significat in varijs locis posita.

Quid quælibet figura in dato numero significet.

Figuræ in quouis numero se ordine superant in decupla proportione.

Cæterum vt facilius reddatur numeratio,
A 4
distri-